

AR
BREVIVM AC P

AD
Imitationem IESV
S. P. FRAN
selectis Action
exprime



Studiosis eiusdem
B. Francisci Imita

A. R. P. E. Franc
Ordinis Minorum

Imitatores mei esto

datacolor



1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

I
1
ARGVMENTA
BREVIVM AC PIARVM MEDITATIONVM

AD XL PARADIGMATA
Imitationem IESV CHRISTI, D. N., in
S. P. FRANCISCI A PAVLA
selectis Actionibus totidem
experimentia,



Studiosis eiusdem CHRISTI IESV ac
B. Francisci Imitatoribus proposita.

A. R. P. F. Francisco Victorio Vicario Generali sacri
Ordinis Minimorum ~~Fructu~~ In Sabaudia & Piedemonte

Imitatores mei estote sicut et ego CHRISTI D. Paulus i.

ROMÆ
Anno Iubilei M. DC. XXV.

Imprimatur. Si videbitur Reuerendus. P. M.
Sac. Pal. Apost.

Alexander Ep^s Nieracensis Vicesgerens

Imprimatur. f. Vincentius Martinellus Mag.
Socius Reuerendus. P. M. f. Nicolai Rodulphi
Predicatorum, Sac. Apost. Pal. Mag.

4
4
4
4
4
4
4

B. P. N. FRANCISCO à Paula sui saeculi clarissimo et
celeberrimo ~~Beatus~~ Ordinis Minimorum Institutore
sanctissimo, Parenti Optimo.

F. Franciscus Victor ~~ex~~ ex Eius Sorore,
Pronepos,

Elapsis iam duobus annis (Patris Sanctissimi XL. Vita tua: ^{cum} ~~est~~
IESU CHRISTI Paradigmatum, Parall. locum, seu conformitatum Tab. Illam,
quam ad Tui nominis gloriam studiosorumque usum pietatis fratrum utilitatem
Vir pius atque probata uirtutis senex euulgauit, ac incisam et exaratum
legimus et tenuimus: cumque ipsam ob oculos positam habuimus quâ, in medio
concionandi quo tunc desingebamur munere, ad Sancta Quadragesima quotidianas
Meditationes instituendas uteremur; idque cum ea mentis uoluptate, ut quam
suauis sit spiritus ille tuus, in propositis exemplis expressus DEVS qui suauis
est uniuersis, satis supraque mihi Peccatori testatum uolueri: Vnde miros atque
praecipuos in Deuotis et purioribus Tuorum mentibus, prouenturos fetus conijcio
certissime, Uti uero fontem illum uberrimum pijs uiris et fratribus meis
Filiisque tuis praeuitem saluberrimum aperirem et indigitarem, quid in me
pro mea indignitate et spiritus paucitate loquutus fueris Dominus DEVS (quantum
in memoriam reuocare potui) breuiter attingi, et summarie descripsi, non equidem ut
terra et impura illa anima mea sensa et concepta quis exprimat: sed ut miserum
Peccatoris exemplo spiritum illum filiorum cernij Patris, quem ipse extremis tantum
labris delibauit, et dulcem super nos et fauorem deprehendi pariter hauriat et
absorbeat, Quisquis ad id animum adhibuerit utiliter. Immensis ergo tuis
(Patris Optimi) meritis et precibus apud Patrem luminum, committe et contende:
ut infusa castitas gratia, eam quâ cum Totius Perfectionis Apice et Prototipo
IESU CHRISTO claruisti, Similitudinem, Charissimi atque studiosissimi tui
filij frequentis primam Meditationis, et indefessa deinde Imitatione pro uirium
cuiusque breuitate contentur assidui Vale

E. Conobis Tuo Romano SS^{ma} Trinitatis Anno Iubilej M. DC. XXV,
Kal. Ianuarij,

Meditatio Preparatoria
De Causis et modo Meditationes instituendi
super subiectis Paradigmatibus Parallelis,

- I, Quemadmodum facilius in speculo nitidissimo, aut aquâ limpidissimâ Solis rota qua mortalium acies excacat, ab oculis lippientibus deprehenditur. Ita a nobis, Vita, Virtutes et Miracula Christi Domini (qua nostram superant imbecillitatem) in perlucidâ S. P. N. FRANCISCI vitâ clarissimèq; gestis, conspiciuntur.
- II, In Vita S. P. Francisci alia sunt admiranda uti Miracula et cetera gratia gratis data; Alia imitanda uti Actus Charitatis, Humilitatis, Patientia; Miracula suspiciam atq; in illis Deum auctorem collaudabo. Imitanda conabor assequi et in me benefactis exprimere.
- III, Quia tamen omnis Christi Domini Actio in Sanctis suis, est nostra Instructio: qua miracula ad literam non potero imitari, ad sensum aliquem tropologicum inflectam quem Imitationis prosequar. Verbi grati Curus sanatur: id niques imitari aut debito exorare et expetere. Curabo ego, ut anima mea et proximorum caritati iugi rerum

Paradigma I

S. P. Franciscus de Paula S. Francisci Assisiensis
oraculo Prophetico uenturus et Minorum cum uita
Quadragesimali ordinem instituturus prænunciatur.

Meditatio, I,

Veteribus usque indubitata fidei monumentis exaratum est, Sancto
Francisco Assisinate Vitam Quadragesimalem instituire uolenti, dñm sum
fuisse. huiusmodi è Carlo responsum. Alium nempè sæculis post illum
aliquo uirtutum Franciscum, qui Minimasum nomen assumeret, atque eam
quam perpetuo obseruandam Quadragesimalem Vitam uellet, primum in Ecclesiam
induceret et uoto solennj firmaret. Quod ita dñm à B. P. Francisco
de Paula XV Sæculo præstitum est.

Collauda diuinum in Ecclesia Catholica tuenda consilium, quia namq̃ Lutherus
erat uenturus, qui hæresi sua contagio erat uenia et abstinentias
oppugnaturus, Ordo prò S. Franciscum aliquor annis antea, instituitur
qui Quadragesimalis Inedias perpetuo seruanda exemplo, aduersus
impurissimam Lutheranoꝝ et Calvinistarum Sectam pertinacissime
dimiticaret.

Vide quantum sit istud Quadragesimalis Vita Institutum quantūquo
cum Religione obseruandum: quippe quod tantum ad Rcip. Ecclesiasticæ splendoris
conducatur ut Prophetico miferet Vaticinio cõlibarij.

Paradigma II.

S. ^{de Paula} P. Francisci domus paterna ipsa Conceptionis nocte
Columna ignea facibus splendet

Meditatio II.

I, Vti populus Israëliticus Columnâ Ignea per noctem in Deserto ductatur
Ita plurimj in Ecclesia Catholica, Vita S. P. Francisci integerrima Imitatores,
atque Regulae ab eo scriptae, et a Sede Apostolica sancitae, Sectatores et
asserctores eo Ducto ad Virtutis et aeternae Vitae apicem contendunt per
tenebras saeculi perditissimj.

II, Non ita celebris fuerunt Athenae suis Academicis, Roma Romis et Romuli
Creta Homeri, et laudata ab antiquis Urbes et Virorum Paganorum et
Dannatorum quantumvis Illustrum, claris natalibus: quemadmodum Paula
et uniuersa Calabria S. P. Francisci natiuitate collustrata est, Vides quantum
Virtuti Christianae accedat gloria et splendoris.

III In columna nubis olim locutus est Deus Israelj, At ignea illa columna
quae in S. P. Francisci Natiuitate splendescit significatur in eo quo S. Pater
floruit saeculo, Deum sapissimj Argibus et populis de rebus ad Ecclesiam et
Regnum bonum spectantibus per spiritum illum quo S. Patriarcha perusus erat
Propheticum prolocutum fuisse. Suis vero assctis, per Regulas tres, bene et
sanctissime vitam instituendi praerpta et Oracula perperius imponibus diturum
et solliciturum

Paradigma III

S. Q. Francisco, Paula, quod est oppidum Calabria, nato
concinum Angeli.

Meditatio III.

Attendi stupendum Electionis diuinae consilium, quo aeterna sua voluntatis
proposito non Alexandrum aut aliquem e Caesaribus in Regijs et amplissimis
natos Palatijs, sed humilem Franciscum nobilibus quidem sed mediocri fortuna
parentibus, atque hactenus ignoto oriundum oppidulo s. Regie, cui nominis
claritatem, omnia cum sanctitatis, miraculorum, et gloria aeterna donis
absolutissimis largiatur.

De damnandis et reprobis dici potest, aut melius illis fuisse si nati
non fuissent homines isti, ut perdat dies in qua nati sunt, At
de electis Dei, iique maximo qui sanctitate alijs praeferre debent,
non ita sed potius dies illoꝝ Natalis celebranda et Angelis et
hominibus.

Quomodo in Occidente solo in fera omnia qua noctis morozos afflicta
conturbant, excitantur et exortantur, atque incipiunt cantibus uerbum
solam excipere. Ita ordo iam solo Orbis et saeculi sui Francisco concinunt
Angeli pra' concepto et tanti Viri natiuitati gaudio. Vido ne tu sis ex illis
reprobis, qui Angelos pacis potius flectis coꝝgeas, quam latitiae diuinæ ducor.

Paradigma IV.

S. P. Franciscus ^{de Paula} exemplo pueri IESU
parentibus suis obsequitur.

Meditatio IV.

- I. Primum et vnicum est mandatum in re promissiono (inquit Apostolus) de honore et obsequio Parentibus exhibendo: Ipsaq; quae Patris et Matris praestatur obedientia bonorum omnium quae per totum vita curriculum deinde fluunt, radix et origo est. Idcirco sane laegitur obsequentissimo S. Francisco quemadmodum Iacobo, de 202^o Coeli, hoc est spiritali benedictio et de pinguedine terrae, id est temporalis beatitudine et distributione collatum est.
- II. Prependo quod non solum in temporalibus obsequio S. Franciscus pijs parentibus, sed etiam in spiritalibus: Nam eorum exemplum sequutus, Vita quadagesimalis mediam quam ipsi colunt, etiam puer aggressus est ducere. Vnde meruit post hanc rem Ordinem qui quarto Vita Quadagesimalis voto fulgere institueret.
- III. Expindo quanti furor mihi Pueri Francisci se ad annum unum quo cum Patribus S. Francisci Civitatis S. Marci diuersatus est a Patris Matrisq; charissimis amplexibus auollere, et patris Laribus abdicare, Equidem id non potui aliunde quam a Gratia quae potentissime cum eo operabatur, et supra quam a nobis, auergeretur qui conuincitur proficisci.

Paradigma V

a. de Paula
S. S. Franciscus representatur in Aede S. Mariae
Angelis Civitatis S. Marci.

Meditatio V.

Valde rationi consentaneum est ut ab invento artate diuini mancipemur
obsequijs, Primitias frugum et beatorum animalium in veteri Legē a fidelibus
Deus exigebat quanto magis nostra in hoc saeculo peregrinationis, initia permarumq;
vita nostra florem repedit, Verum eo plus, in qua a teneris sanguiculis so-
totum deuouit Franciscus, oblatione bludatus in Deus: quo gratius et acceptus
vires Majestati reddendum nouerit obsequium.

Quam apparitū in ueris dictum in a Patribus, praedestinationis signum esse certissimū
hī quos Maria Coslorum Regina deuotam gerat famulatum; ea namq; gratiarum
omnium Perfecita est ut quicquid ab Ecclesiae capite (quod Christus est) ad mortales
descent per collum istud mysticum traduci necesse sit. Ergo nil mirum
si tu coelestis gratia fulgurat honoribus, S. Franciscus^{us} qui ab invento artate
capit sub Matris Viri, Angelorumq; Domina fide turbata reponi.

Vide diuinum in educando Franciscus consilium, prius namq; in Carnotica
annum unum exigi familia, ut primā vitā Religiosa ibi Mademinta disceret,
qua postea caritas infusa sapientia dono perpolitior et augetur, tum in
Cremo quam primum incoluit, tum in Regulari quam cum adscitis fratribus
ducit in inducitur obsequantia, Licet enim potuisset sibi tradita per infusionem et
vibrationem prudentia niti, Attamen aliquos breuis habuit Vita Regularis et

Paradigma VI

S^{anctus} P^{ater} Franciscus ^{de Paula} factus annorum duodecim comitibus Parentibus
B. Mariae de Angelis et S. Francisci Basilicas inuisurus Assisium
petit.

Meditatio VI,

I. Quamquam diuina munificentia nullis claudatur aut inhaerent locis, attamen quemadmodum contingit Prouincias aliquas fragum fraxissimas esse cum alia sterilitate cana. Ita ^{deus} in nonnullis Templis suam clarus gloriam prouidet et omnipotentiam uult esse potestatem, uti in sacra arde S. Mariae ad Portuinculam antiquus comprobatur et Testimonis.

II. Indit Spiritus qui ad Ermitica uita perfertionem assequendam conducenda erat hauriendus, Vnde gratiarum omnium et Spirituum bonorum, ad S. Franciscum fons uberrimus diffusetur, Ad hoc quia Regina Caeli Sponsa Spiritus sancti, Mater ^{dei} intemerata Maria Patrona futura erat in perpetuum S. Franciscum Ideo in eum concessit locum ubi Christianis erat honoratissima et frequentius se totum rursus deuoceri obsequio committeret patrocinio.

III. Pia Meditatione uolendum de Puerum Franciscum, S. Francisco Assisium (quemadmodum Virginis Orpazam) uitam Ordinem in eo ubi corpus eius quiescit uenerando loco commendasse, ut ab eo cuius meritis hanc uita mortalis lucem acciperet Spiritus quoque uita spiritum attraheret, Vnde denique ex his quam ^{sanctus} ^{deus} accepta, sacra propheta ^{Isaia} suscepta peregrinationes,

Paradigma VII.

^{religiosa}
Franciscus ductus est a Spiritu Sancto in desertum decimo tertio suae
aetatis anno in quo postmodum totam quadragesimam absque
cibo et potu transegit, crebris Satanae insidijs impetitus.

Meditatio VII.

Plurimum facit ad S. P. Francisci commendationem, quod a Spiritu Sancto
ductus in desertum audivit quid ei locutus fuerit Dominus Deus, nimirum
Pacem in plebem suam, hoc est paucorum discipulorum turbam, et in eos qui
se finitimis verbis confluentes, conuertebantur ad eum

Non potuit ab alio Spiritu e Paterna domus delicijs in vastam solitudinem
incultamq; Erumum pelly, quam spiritu illo qui cum sit dulcis super me
et fauum, incredibilis quibus corpusculum attridit pernitentias ita
delinuit et infracto, inuitoq; animo tot annos humi cubans, radicibus
obuijs uictitans, uitam diutissime protelauit.

Quod quadragesimas plures sine cibo potuq; (quod animaduorsum fuerit)
transgessit superat quidem mortalium uires. Quare uti diuina quo
supra naturam in eo operabantur omnipotentiae id miraculi adscribendum est: *
Ita ad aeternae Prouidentiae consilium referendum quo pusillanimorum
et delicatorum Christianorum excusationes repellantur qui humanam tantum
imbecillitatem attendentes gratia Dei (in quo omnia possunt) nihil dandum
esse putant

Paradigma VIII

Sancto Patri Francisco ^{de Paula} de Sathana triumphanti
ministrant Angeli in deserto

Meditatio VIII,

- I. Perpendi quantum S. Angeli Sanctorum Virorum consuetudine delictantur
ut Adolescenti Francisco in deserto loco cum Satana dimicanti suis ipsi
monitis et ministerijs opitulari imò uero adificijs Carnobiticis extruendis
operam suam commodare dignati sint.
- II. Dulce prozsus et honorificum est Christiani nominis assertorij, Aulas
vrgias, Cuitatumq; confortia fugere asceticisq; pennis sicut Columba
Hongari, atq; in uastas secedere solitudinis quippe illic hominum perditissima
et perfidissimorum frequentia cum Sanctorum Dei Angelorum honoratissima
et potentissima custodia commutatur. Quantum ergo Angeli prae illis hominibus
tantum praestat Eternus propter Deum susceptus, et quam in Vestibus cum
saeculo trahimus miserissimas uitae.
- III. Quandoquidem ex Similitudine Amor nascitur et augetur, Amoris autem signum
certissimum est amor, nil mirum si tantum Angeli Francisq; ex desertis et
Laboribus alliciantur, ut et viderantur adherere. Quippe uir eorum Angelicus
Angelo Simillimus carnem gemitis uirginiam, Spiritum illibatam, mentem
puerissimam atq; diuini Amoris calore quo Seraphim in ardorem uehementissime
succensam.

Paradigma IX.

^{de Paula}
S. P. Franciscus decimo nono aetatis suae anno e deserto
latebris prodrens uenit in Cuiitatem penitentiam annuntians.

Meditatio IX.

Attende quod prius necesse sit uas aliquod aqua replei quam fundi:
Ita sane prius in Eremo S. Franciscus spiritum Diuinum attraxi abunde
quon ad suos contribulz, uberrime diffluere pateretur

Sermo quidem erat ille uiuus et efficax ad penitentiam in animos fidelium
inducendam, quippe quod plus exemplis asperitatis et sanctimoniam singularis
mitabatur, quam persuasibilibus humanae sapientiae uerbis;

Nec mirum si uir diuinarum literarum ignarus suis ad populum habitis
concionibus tot numero peccatores ad meliorem frugem conuertebat.

Nam praeter infusam rerum et uerborum doctrinam sequentibus, curationum
et uarij generis curationum signis quae perorabat ips., exemplo suo
docbat atq; firmabat.

Paradigma X.

S. Pater Franciscus ^{de Paula} duodecim sui Instituti Sectatores
præcipuos elegit de mundo et secum in montem adduxit,

Meditatio X.

- I Vti Panthera suauissimo quem efflat odore feras omnes ad se conuertit,
conuersasq; post se trahit: Ita Sanctus Adolescens (qui hamus certè Christi erat)
educit a seclis e Mundo in odorem unguentorum suorum hoc est uirtutum
et miraculorum, currentes,
- II ^{*} Quanquam assumi et eligi de Mundo sit omnibus ea uocatione uirtutibus
signum uulgatissimum, at multo certius est ijs qui ad Sanctorum Patriarcharum
consuetudinem euocantur; Nam de plenitudine eius quæ in eis affluit
sanctimonia uberè accipiunt,
- III Non est illi mons Paula uicinus adeo loci inculti asperitate et
concauarum spelunearum horrore atterendus, quæmadmodum perfectionis
et Religiosa quæ in eo primum edocta est dignitate celebrandus et
considerandus.

Paradigma XI

^{ad Paula}
S. P. Franciscus legem Evangelicam in monte annuntiavit
fratribus suis eiusque Regulam totius perfectionis diuino
afflatus spiritu dedit.

Meditatio XI,

Quod in monte inuisq; locis Eremiti, lex illa scribitur et primum publicatur,
innuit eos qui Regularium Institutorum fideles uelint esse custodes, debere
in solitudinem spiritalem cedere atq; a Mundi illecebris ad Angelicas, quae
in desertis habentur delicias transire.

Licet carnis exarata sint digitis praecpta bene Vitae instituenda ab Ordinum
Auctoribus, attamen à Spiritu Sancto docente omnia, p̄ eos quicquid a
Sancta Matre Ecclesia eiusq; in terris uisibili capite postea comprobatum est,
procul dubio profectum est. Non ergo ô Religiose hominem quempiam in
Regula tua statuatem, sed Spiritum Sanctum imperantem intrare et
firmiter tenere.

Eum in sensum totius perfectionis summa in unâquaq; Regula continetur,
quod frustra imo periculose nonnunquam quae ab alijs praecpta sunt
Ordinum legislatoribus, queruntur. Est ergo incumbendum cuiq; assidue
absolutissimi suae cuiusque Regulae spiritus. Nam quae prosunt uni Regulae
alteri fortassis obvisum. Igitur meis contentus Institutis non afficiar
aliorum nouitate quantumuis aridente statutorum, Sed ipse erit ut in dies
amplius in mea Regula spiritu proficiam et perficiar.

Paradyjma XII.

S. P. Franciscus de Paula exemplo Christi misit
discipulos suos binos in diuersas Orbis partes ad
arctioris poenitentiae institutum annuntiandum.
Meditatio XII.

- I Ea demum Ordinum Religiosorum perfectio est, ita suorum alumnorum
securitati prospicere, ut etiam de proximorum salute curam gerant,
incumbantq; conuertendis peccatoribus, haereticis extirpandis, probis
Christianis in bono confirmandis, sicq; missam plurimam in horra
Ecclesiae militantis et triumphantis inducant;
- II Bini mittantur fratres ex Regulae praecipito, ut duplicis semper
reuerentur Charitatis, qua mouentur ita proximorum saluti
promouenda inuigilare, ut propriae suisq; ad quam hinc tendunt perfectioni
nunquam obliuiscantur. Nam Charitas in se ipsum prior, et posterior et
sua qua quis fertur in proximum;
- III Perperde ad quid annuntiandum mittantur? Non ad ineptas fabulas aut
futilem rerum humanarum scientiam non ad profundam subtilioris
Philosophicae aut Theologicae indagacionis notitiam sed ad arctioris Penitentiae
(quam Ioannes praedicaui) studium ijs ad quos mittuntur populis ingratum
cum sermonibus, tum etiam quod praecipuum est uitae asperioris et
plane Evangelicae exemplis;

Paradigma XIII.

S. P. Franciscus de Paula sapius docuit turbas infusa
caelitus scientia.

Meditatio XIII.

Excimium proors Concionatorum! qui non petita e libris aut comparata
diurno nocturnoq; labori in Scholis sed a Deo infusa ad singulorum salutem
proposuit, Os suam aperietur Vita innocentia et Charitatis seculo, attrahitq;
spiritum illum, quo replati Apostoli loquebantur uarijs linguis Magnalia
Dei ad Populorum conuersionem.

Attende quanto cum proeudu turbas docuerit, cum legatur in eius Canonizatione
ad meliorem frugem conuertisse eos omnis qui eius consuetudine deludabantur;
Verum uox uirtutis saeua infusa Orationis sancta beneficio, qua mentem
illuminae et accendit, ad ignem mittendum in horam quo uniuersi inardescant,

Quaquam bonarum artium studijs incumbendum sit (quippo quae ad proximorum
salutem promouendam apprimi sine utilis) attamen certo certius est nihil
posse humanae scientiae uerba et leuocinia nisi sancti Spiritus et scientia
sanctorum (qua in Oratione infunditur) auxilio fulciantur, Qui ergo
uolunt fieri Oratores apud Deum populum habundis concionibus fieri ipsi
prius Oratores apud Deum uigi ardentisq; rerum caelestium contemplatione.

Paradigma XIV.

Multi Infirmi querebant S. P. ^{Ad Paula tangere.} Franciscum quia ex
eius tactu (per IESVM tamē) sanitatem consequerentur.

Meditatio XIV.

- I. Viri et gloriosi in suis Sanctis triumphat Dominus IESVS dum cum uirtutum
quas ipse operabatur gloriam concedit etiam ampliorem quam ipse in se
prodidit, Iuxta pollicitationem Euangelicam, Qui credidit in me opera
quae ego facio ipse faciet et maiora horum faciet.
- II. Attendo quod omnis generis miracula S. P. Franciscus praestauit, non ad
suam commendationem sed ad diuinam omnipotentiam quae in eo mirifica operabatur
maiores gloriam et claritatem, Idcirco plurima signa Sanctissimi nominis
IESV aut Crucis uiuifica inuocationis facit ut doceret eos quos sanabat, non
ab homine sed a Deo cum Curationum gratiam perdere debent petendam et
exorandam esse.
- III. Licet gratia Curationum et aliorum operatio miraculorum non sit ea
quae nos iusti apud Deum reddimus gratia et Sanctimonia, Attamen eius
sunt signa uulgatissima, Praeclaram ergo et non uulgarem S. P. Francisci
Sanctitatem ex eo comprobabimus quod tantorum tamque frequentium signorum
dono claruerunt.

Paradigma XV.

S. P. Franciscus ^{di Paula} sedens in medio Doctorum illos in
admirationem rapuit. Stupebant enim Super
prudentia et responsis eius.

Meditatio XV,

Quomodo Beati illi Spiritus ex verbi diuini uisione absolutissimam
omnium adipiscuntur notitiam: Ita euenit quandoq; Viris Sanctis, uigi
et frequenti contemplatione Verbi incarnati et Crucifixi; Nam ind
quomodo S. Paulus e tertio Carlo Deodotari: id est a Deo ipso plurima
Regni caelorum mysteria scire cuncti

Quantum super infusa caelitus rerum diuinarum Scientia, ea qua frequenti
lectione et repetitione comparata est Theologica disciplina satis ex hoc
uidere et exemplo, in quo indoctus S. P. Franciscus Sapienter huius sacerdoti,
sibi tradita in Oratione Theosophia notitia confundit,

Vide ne ex absoluta et profunda Scientiarum sacrarum adaptione insolentiam
nam quicquid habet uisus aut studio comparatum, nihil et si conferatur
cum Angelorum qui semper uident faciem Patris qui in Coelis est, clarissima
et intuitiva cognitio, cuius quidem res fulget Idea quaedam et Imago in ea
qua cum Doctoribus S. Patris congruitur Sapientia.

Paradigma XVI.

S. P. ^{de Paula} Francisci in monte altissima contemplationis constituti
facies uisa est magno splendore coruscare ipseque amictus est
lumine sicut uestimento.

Meditatio XVI.

I. Ea est uis contemplationis ut non solum mentem diuina participantem
feruenti rerum celestium notitia perfundat, sed etiam Corpus ipsum
lumine sicut uestimento amictum gloriosi Corporis similitudinem
quandam trahat et eleuet ad hunc. Quod quidem S. P. Francisco pluries
euenit. Quid ergo uiciorum animi, totum me Orationi non dedit? quae tanta
et tam magnifica nobis dona largitur, ut gloriosa quodammodo participes
efficiamur beatorum Corporum natura.

II. Quomodo ferrum in fornace ardente positum ignescit ut ignis totum
uidetur, propter assumptas intempe ignis qualitates. Ita Corpus quod ex se
corruptum et aggregat animam multa cogitantem Spiritus Beati induit
similitudinarias dotes uel Orationis, et sublimitatis luminis, agilitatis donis
augetur ut feruens illa contemplatio sit quaedam accidentalis gloriae participatio
imitatio et inchoatio.

III. Nil mirum si Regis terrarum saepius in hoc orandum deprecetur S. Pater Franciscus
Nam qui Regis Regum et Angelorum fructus delicijs redimitur et fulgore participati
gloria non potest auelli a Iesu suauissimis amplexibus, ut Magnatum

Paradigma XVII.

^{di paula}
S. P. Franciscus Transiens per medium turbarum ibat nec uidebatur
ab eis atque aliquando quaesitus dum palam oraret, et non
potuit uideri et ^{deprehen}di.

Meditatio XVII.

I Hic quoque admirandus altior Sanctae Orationis affectus, quod oculis mortalibus
uir in Oratione positus non potest attingi aut deprehendi. Si namque Spirituales
Substantia ab oculo Corporis non potest percipi Corpus etiam ipsum quod est
spirituale, id est Spiritus per Spiritum momentaneis donatum quietatibus
non potest uideri.

Quodnamque passim uidemus pictas imagines sacras uellatque Apollis
cuiusdam colorumque penicillo delineatas sub uolis quibusdam delitescere,
quippe quas ob dignitatem et praestantiam, non omnibus passim licet intueri.
Ita sane eam quae in S. Francisco Christi Rex est imitationem absolutissimam,
aequam ipsorum oculorum mortalium aciem ad tempus offugerit ut inde coniciatur
rem esse dignissimam et exquisitissimam.

I Vido quantum Deus mortalium colloquijs delibatur, quippe manu Aris
miraculo stupendo Sanctos Oratores colare et in abscondito faciei suae reponere,
quam a circumspiciantibus o somno illo suauissimo contemplationis sine
excitari.

Paradigma XVIII.

S. P. Franciscus, ^{de Paula} spiritu prophetiae illustris, Agricola semen terrae
mandanti famem futuram praedixit, atque Hydruntij a Turcis invasionem
quam suis ipse partim soluit precibus uaticinatus est.

Meditatio XVIII.

- I. Vulgares aduersus uicos Contemplationis deditos iactatur conuicium,
quod nulli sine suis Ciuibus et Contribulibus utilitati sibiq; solis uiuam
re non Republicae. Verum quam id rationi sui parum consentaneum,
conuincitur ex eo quod S. Franciscus Eremiticam et solitariam agens
uitam famem suis ipse precibus et Oraculis propulsauit.
- II. Lampas contempta apud cogitationes Principum (inqui Sapientis) et
Iusti Simplicitas, Atqui licet saeculi sui Potentatibus uideretur parua facienda
S. P. Francisci humilitas, ea tamen diuinae Providentiae consilio suspicienda
et uolenda fuit in graui Christianae Religionis qua periclitabatur negotio,
- III. Vides quantum apud Orum hominis unius ualida innocentia, quippe
cuius intuta et meritis, Christiani Principes, ab hostium ferocissimorum
incursionis libentur. Nam praeterquam quod obsidionem et invasionem
Hydruntij praedixit futurorum praescius S. P. Franciscus: Suis etiam precibus
et iuribus, infensissimos nominij Christiano Turcas profligasse legitur,
Plurimum ergo uniuersa Ecclesia debet Eremitae.

Paradigma XIX

S. P. Franciscus de Paula (adhuc uiuens) nocte intempesta
febricitanti splendidus apparuit, illumque a febre liberauit,

Meditatio XIX

Non est Medicinae fidendum placitis, quin ingrauescentibus morbis
Caestes Therapeutae aduersentur ad consilium et auxilium, Sanctorumq;
quibus gratia Sanitatum à Christo collata est meritis et patrocinij
plurimum tribuatur; saepius namq; quibus affligimur Morbi non possunt
humana arte expelli, qui tamen opus superna plane sanantur.

Quandocumq; aliquo morbo opprimi te senseris, sequere S. Iob consilium,
ut ad aliquem Sanctorum conuortere, Sic enim fiet ut praesentissimum
experiaris remedium, quod frustra in Medicorum exquisitis consilijs,

Plurimq; fit ut tum ex proprijs tum ex alienis in Deum perpetratis
Sacrilegijs, morbi in Mortalium inducantur Corpora, Ergo Sanctorum
Suffragijs per eorum nominis inuocationem, ira diuina placanda est,
ut sublata causa proximâ effectus illo Vindictis Dei cesset, et
protinus auferatur,

Paradigma XX.

S. P. Franciscus de Paula Christum imitatus puero sibi
a parentibus oblato benedixit et quæ filio Regine Galliarum
sibi oblato uentura erant prædixit,
Meditatio XX.

- I, Acceptissimum procul dubio, Deo omnium Domino pignus et seruitutis,
cum infantis, in bellulâ illâ ætate qua carissimi sunt parentibus offeruntur.
Nam id reddere quodammodo est quod datum est et diuinam ut
deinceps fluat, munificentiam conciliare.
- II, Tanto impensius et charius, puellulos sibi oblatos S. P. Franciscus
amplexabatur, illisq; benedicebat, quanto perfortius in eis Anglicam
pauertatem Euangelicamq; humilitatem et Santimoniam nouerat delineatam,
ex Christi apud Euangelistas doctrinâ, Nisi efficiamini sicut paruuli,
non intrabitis in Regnum caelorum,
- III, Stupenda profecto res est, quod nobis adhuc uagantibus et rationis
expertibus, Deus quid tandem in tempore, aut æternitate de nobis
futurum sit, sciat et cogitet, At insigne beneficium nobis e caelo
confertur, cum Sancti Viri futurorum præscij nobis quæ uentura sint
prænuntiam, ut horum uaticinijs adducamur ad uitam recte instituendam,
non desimus gratia Dei, quæ nos mirò modo præuenit.

Paradigma XXI

S. P. Franciscus de Paula sola clamydo undis superiniecta
fretum Siculum pertransijt.

Meditatio XXI,

Perpendo inauditam omnibus retro saeculis Miraculum: Nam S. P. Franciscus
fretum Siculum (quo nullum periculosius) una cum comitatu suo traiecit sine
ymba, sed sua tantum, qua subtrata ceas, uestas chlamydo

Appositè prorsus in S. Patriarcham quadras illud Vatis Regis, Tu
dominaria potestate Maris motum autem fluctuum cuius tu mitigas;
Et istud, In Mari uia tua et semita tua in aquas multas, et
uestigia tua non cognoscentur.

II, Non potest dignè satis afferri, Fratrum qui S. Patriarcham comitabantur
Obdientia caeca, qua in Deum collocata fide et expectatione, sed ad S. Viri
nutum pallio commiserunt cum tamen certissimum hominibus periculo
eoz non vulgari destituti auxilio, esset mortis periculum; Vtrum
tum S. Viri innocentia tum Religiosa Obdientia (ad cuius commendationem
exemplum istud conducit) meritis, id miraculi superna opo praestiti
tribuendum est,

Paradigma XXII.

S. P. Franciscus de Paula comminatur vento et mari et
signo Crucis facto naues ad tranquillum portum adducit,

Meditatio XXII.

- I, Qui producit ventos de Thesauris suis Dominus Deus, vos S. P. Franciscus
quodammodo committit administrationi ut ab eo comprimerentur, mutarentur,
et auerterentur ad libitum: quod non semel praestitum narratur in eius
uita,
- II, Appositè quidem, et non abs mysterio, per signum Crucis uentis, Mariq;
impezat, quippe eo significatur nos Peccatorum periculosissimos uorticibus,
corruptaq; Naturae diluuium euadere, saluifici Crucis signi uirtute
meritisq;
- III, Quod Mari uentisq; comminatur, arguit prius in se ipso indomitorum
affectuum, efferos motus et pressidit, Aequum enim deat ut qui sui ipsius
profusus Dominus esse inanimatorum postea facti domitor, in insigne
et non uulgare uirtutis heroicae qua quis se ipso superior euasit,
praemium et argumentum.

Paradigma XXIII

S. P. Franciscus de Paula Adolescentulum triduo iam mortuum
ad vitam uiocat redditur illum matris suae habitu religioso
indutum.

Meditatio XXIII

I. Perpende quod Adolescentum illum (qui B. P. Francisci ex Sorore Brigitta
Nepos erat) perocci fato abrupti permiserit diuina ^{prouidentia} ~~prouidentia~~, in uindictam
obdurati Matris animi quae cum deterreret a pio Religionis ingredienda proposito:
Qui ergo uocantur Spiritus Diuini impulsu ad Dei obsequium, timorem Supremi
omnium Domini uindictam manum, quam super tanta uocationis contemptores
et Umeratores plerumq. aggrauatam experimur,

II. Miraculi indubitata ueritas ducit in eo quod tertio die, a mortuis
ruocetur: Etenim exhorribilimum fuit istud signum uirtutis diuinæ
inspectantibus populis a S. Uiro in Nepotis sui Nicolai nomine, quem
ad sui Ordinis obsequium traheret, persona praestitum,

III. Poterat Adolescentus illi ingenuus a mortuis uocatus, Illa Prælati
Regi usurpare. Non moriar sed uiuam, et Narrabo opera Domini,
Aperite mihi portas Iustitiæ, hoc est Religionis ingressum ne
prohibete, Nam ingressus in eas confitebor Domino qui nisi
adiuuisset me, paulominus habitasset in inferno, id est, tumulto
anima mea.

Paradigma XXIV

S. P. Franciscus de Paula pascit turbas in deserto
cibosque multiplicat et vno pane & laguncula vini
trecentos homines reficit & satiat. Inni cibi & potus —
diminutione. Meditatio XXIV.

I.

Quamquam admiranda sit ea quae in S. Francisco erat ad panum et
aliorum dulcium multiplicationem, Virtus haud vulgaris: pleris
tamen facienda est, sermorum eius ad populum habitorum, infusa
vis et ~~gentis~~ facundia, quae singulorum mentes castitibus reficiebat
opulis,

II.

Potest argumentum duci a minori ad maius ex hac miraculosa turbarum
refectione, ad Eucharistici panis mirabilem distributionem, Nam si
Dixit pro seruum suum Franciscum pro Corporali piorum et fidelium
refectione huiusmodi multiplicationem ciborum, absq; usu et diminutione
largitur, quis compos mentis audeat id ipsum CHRISTO derogare
in Eucharistica Sacramento in quo Agnus ille in mille diuisus partibus
iningeret profuerat et intactus, pro animarum vita tuenda atq; fouenda,

III.

Hic videmus praestitam Domini pollicitationem Quae sit premium Regnum
Dei et Iustitiam eius, et caetera adyiciuntur vobis. Nam trecenti illi
parum de Corporis refectione solliciti, totos se verbo Dei exaudiendo —
commiserunt, uti vitae aeternae praerogata quae ex Sancti Viri ore pendebant,
amplecterentur et exciperent.

Paradigma XXV

S. P. Franciscus de Paula saepissime Damonibus
multorum corporibus expulit

Meditatio XXV

Attende quantum Luciferi superbia et invidentia adversa fuerit
S. Francisci humilitas et charitas; his armis Cacodamonas
humanis expulsiat corporibus.

Mirabilis procerus rursus quae in S. Francisco iminuit Sandimonias
aduersus Sathanam Victoria ut Regionis Daemonum (quorum vis
insuperabilis est) collata castitas virtutis profligauerit.

Habes in Enorgumonis et Arcupitij's stupendum speculum
animae multo periculosius et terribilius per peccatum (maxime uero
quod iam in habitum transierit) excruciat: Longo namq; difficili
negotio Daemonem ex animae istiusmodi peccatorum uinculis uerecta,
quam ex corpore dirices, Ergo si times uexatum à spiritibus
immundis: fuge quoq; hominem uitij's immersum, Nam periculosius
concordaris cum peccatore, quam cohabitare cum Enorgumoni.

Paradigma X XVI

S. P. Franciscus d. Paula surgens ab oratione
procurrit obviam inimicis suis & eorum iracundiam
dulci & caritativo contrahit sermone.

Meditatio XXVI

- I, S. Franciscus, quinquaginta Militum armatorum ad sui proximum
missorum atq; silentium contumelias benignitate qua eos excipit
superat: vorantq; ferociam verborum humilitate frangit cum tamen
vindictam de caelo manum potuisset implorare. Vnde et historicam
istam mansuetudinem imitetur
- II, Inno vero Regis Neapolitanorum Ferdinandi I, exasperatam et
infernum animum, qui cum licet innocentem uelibat in carcere
tendere, missis religiosis munusculis datiq; diuini responsis,
quemadmodum Saulis iram Dauid aliter ita dirigit atq; ad bonam
mentem euocauit, ut dominus in magna apud Regem Maiestatem
suae opinionis Sanctitatis et auctoritate.
- III, Eximium procul dubio dilationis et beneficentiae in acerbissimos
inimicos exemplum: quo quidam plerumq; filij Patris Caroli
imaginem quam ullis unquam relictis miraculis in se depressam
consequitur et

Paradigma XXVII

S. P. Franciscus de Paula dixit puero sicut
Domini Petio vade ad mares et eum piscem
qui primus ascenderit tolli, qui iussis obediens
Piscem magnum Sancto Patri attulit.

Meditatio XXVII

- I. Vidi quomodo nil Dei amicis fortuitum sit, sed omnia quantumvis
e casu providentia eorum obtemperem placitis et oraculis ut in illis
impleatur illud Psalms, Voluntatem timentium se faciet Deus
ut deprecationem eorum exaudiet.
- I. In gratiam mediae Quadragesimalis prestitum est Miraculum quo quidem
quantum grata sit cuiusmodi observatio Deus ipse testatum videtur.
- I. Piscis illo grandis quem divino beneficio puellulus expiscator, hospitalitatem
et paupertatem quam religiosissime sectabatur S. Patriarcha, commendat,
Nam eo fine transmissus erat ut viros graves directionis gratia causa
Conobrum inuisitaret, pro eorum dignitate et Conuentus paupertate
exciperet.

Paradigma XXVIII.

S. P. Franciscus de Paula multas civitates
obviam facta sum suscipientibus cum veluti
legatum Apostolicum.

Meditatio XXVIII,

- I, Attendo quam sit honorificum, omnibus spectis sese Dei obsequio
mancipare. Deo servitio cognare ut, quod in eo placet, quod
uniuersa Regnorum Civitates obviam fieri S. Francisco, eiusque
virtutibus tantum tribuere honoris et gloria ut Regibus et
saeculi potentibus, amplius (saltem ex ardentiori mente) neutquam
exhibatur.
- II. Non ab eo Plato dicebat Virtutis via esse ad conciliandos mortalium
animos excitamenta, ut si oculis corporis deprehendi posset, omnia suo
subiugaret Imperio. Id enim eo daret exemplo.
- III. En usu probatur quod Deus in sacro Aloguo pollicetur, Ego
honorificantes me honorifico qui autem contemnunt ^{me} erunt ignobilis.
Non enim dubium est quin Deus singulorum mentes et corda
ad rem cum tanta pompa et gloria excipendum inflexerit.

Paradigma XXIX

S. P. Franciscus de Paula ad Imitationem
Christi, opprobria patientissimè tulit maxime a quodam
Predicatore ardenti ignis carbonis sine latione nudis
pinnis manibus ab hoste abduxit.

Meditatio XXIX.

Et ut Diuina prouidentia ratio, ut patiatur aliquos, nobis aut
maloditis conuiciari aut malifacis inimicari: ne dius qua Virtuti
redditur honoris titulus insolercamus, atque ut aquam semper in
omnibus tam aduersis quam prosperis, mentem hincamus.

Opera pretium est ut uirtus aduersantium stimulis ueluti calcaribus
incitata, augetur; nam alias quodam ueluti oppressa torpore sordescit
et uilisceret: Sane non parum utilitatis ex inimicis nobis prouidit
certissimum, quippe, qui uita in melius instituenda sint auctores
et monitores.

I. Accidit illa ~~perna~~ pruna manibus illarum S. francisci conturbata
astruum iam in eo fuisse Charitatis uim, qua omnium potentissima
atque ut cum Paulo loquar, patiens et benigna, omnia suffert, omnia
tolerat, non agi perperam, non quaerit qua sua sunt, nec malum
pro malo reddit, sed benefactis malifacis compensat, quod esse
illarum et inuicti animi signum certissimum.

Paradigma XXX

S. S. Franciscus de Paula seuerè arguit
quosdam Reges maxime vero Neapolitanum
quoniam auri effractionem ex quo miraculose sanguis
profluit de subditorum oppressione conuicit.

Meditatio XXX

- I. Intensa Charitatis in Deum effectus solus est quo uiri perfecti
peccatoris coeque, et extra se quodammodo positi solam
Dei gloriam ob oculos habentis, nulli habita ratione dignitatem
crimina ubi tandem offendentia redarguunt, et dura animaduersione
corripunt.
- II. Poterat S. Franciscus iam illud Vatis Regis usurpare, Loquebatur
de testimonijs tuis in conspectu Regum et non confundor. Si quod
quomodum Ezechielii Prophetæ si exar data facies ualentiore
facibus potentium, et fons durior frontibus Magnatum, instar
Adamantis et Silicis factus ut non metueret eos.
- III. Stupendum proors atq; haecenus inauditum miraculum de expresso
ex auro numismate sanguis, atq; Principibus nullis unquam saeculi
reticendum facinus quo hostatium habuam quantum sit peccatum
populum subditum, illicitis et immodicis uigore et quodammodo
conprimere uedicalibus et exactionibus.

Paradigma XXXI

S. P. Franciscus de Paula Paralyticum sibi
oblatum sanavit his verbis, Tibi dico surge &
cede in domum tuam.

Meditatio XXXI

I Non est ambigendum quin Evangelica verba ore Christi consecrata
dignitatem praecipuam consequuta fuerint, quod in hoc Paralytico soluti
miraculo cernere est qui verbis a Jesu Christo primum usurpatis,
vel ut divina omnipotentia quae operabatur signis Sanitati redditus est
a S. Viro.

II Non herba neque malagma sanavit Paralyticum Dominus Jesu est
omnipotens sermo tuus qui a Regibus altissima contemplationis
sedibus, in mentem usque Sancti Francisci castissimam serpensimo
delapsus est, ad mirabilem operationem.

III Multos quidem legimus Paralyticos a S. Viro sanatos, sed longe plures
et innumeros prope modum Spirituali quadam bene faciendi paralyti correptos,
atque hyemali veluti glacie concretos Charitatis igne exploratissimum esse
esse solutos, ut de eo dici possit, Misit verbum suum ignis Charitatis succensum
et liquefecit eos, flauit spiritus Domini per os eius et fluxerunt in conuersis
peccatoribus, bonarum exercitationum, aqua, Siquidem Ille enim qui superna

Paradigma XXXII

S. P. Franciscus de Paula puella caeca nata
oculos simplicis forba contactu aperuit.

Meditatio XXXII,

- I. Indubitatum proorsus est istud miraculum quo à Natiuitate caeca
videre coepit S. Viri precibus, Nam supra naturam visus est
quod a visus privatione datus sit à S. Tom Thaumaturgo regressus
ad perfectissimum videndi habitum,
- II. Istud quidem stupendum omnibus miraculum corporaliter perceptum
est. Verum nos in spiritualibus rebus plane carutientes opinor,
qui diuinam non admiramur omnipotentiam, in spiritali quâ peccatores
percussis sum caritate, plerumq; Virorum piorum exemplis et
sermonibus sanata
- III, Si turbas in Evangelio, exclamans pro miraculi dignitate, a
saeculo non est auditum ut quis aperiat oculos caeci nati, Sane
hic est quod diuinam Christi Iesu uideremur omnipotentiam,
qui quod semel per seipsum legitur in uita praestitisse multoties
per Sanctos suos commiserit ad suam et suorum commendationem,

Paradigma xxxiii.

S. P. Franciscus de Paula fabricantis
mulieris capiti lapidem ad S. Conventus
fabricam deponendum imponens h. firm. ab ea
fugavit. Meditatio XXXIII.

I, Attendo quantum DEO accepta sit vita Coenobitica maxime vero
vius quam S. Franciscus vidit institutio ut pro excitanda aedificiorum
mol. tot et tanta dignitas in miracula ostentare, inter quo postremum
fore locum obtinet fabricantis huius mulieris curatio.

Volbat fortassis Vir gnarus Cordis secretorum Morbi huius formina
causam significare atq; innuere quod dura instar lapidis esset, ceruice,
si incircumciso corde, quodq; Iudeorum quos S. Stephanus moriens
arguebat exemplo resistere Spiritu Sancto.

I, Quamquam lapis iste mulieris fabricantis ad motus et impositus
capiti, ad viusmodi curationem, ineptum uideatur instrumentum
non tamen est superuacandum; Nam in isto fortassis lapido, vir
spiritualis Franciscus, petram, qui Christus est, cuius uirtute sanabatur
omnis significatam uoluit.

Paradigma XXXIV

S. P. Franciscus de Paula Christi exemplum
sequutus sciens diem et horam mortis suae, fratres
suos congregatos ad mutuam caritatem adhortatus
est.

Meditatio XXXIV,

- I. Boni Pastoris hic typus est, ut suos, qui forma facti sunt
gregis ex animo, per votorum nuncupationem non modo uita
sanctioris exemplis, sed uerbi diuini, atq; piarum concionum
documentis erudiat,
- II. Vti Patris morientis testamentum quibus conceptum sit uerbis
et celebratum ceremonijs a charissimis et bene morigeratis
filijs studiosissime obseruatur: Ita sane a S. P. Francisci Regula
professoribus, postrema monita, diuinaq; religiosissime sunt in memoriam
reuocanda, ut ne latum quidem unguem ab ijs, eorq; quo prolata
sunt spiritu discedatur
- III. *Fixe* abundantia Cordis os tuum loquebatur (Obiit Pater, quia
namq; totus in anima totus in spiritualibus et corporalibus excitationibus
Diuinae Charitatis flagrabas ignibus nec poterant sese intra senilis
tui corporis angustias continere: nil mirum si cor tuum erudet uerbum
illud bonum Charitatis, et lingua tua fuerit sicut calamus scribae uelociter

Paradigma xxxv

S. P. Franciscus de Paula exemplo Brigii
pedis duodecim discipulorum suorum praeclara quam
moriturus summa cum humilitate abluat.

Meditatio XXXV

In uanum inquit Magnus Gregorius laborat, qui uirtutes sine
humilitate congregat, Ea si quidem pars est custodiq; uirtutum;
quas ergo ab inuente aetate usque ad proelectam S. Pater coluerat
ne perderet intra humilitatis septa, exemplari sine uoluit concludere.

Congregum est ut finis cum suo conueniat principio: Cum ergo ab
Humilitate fiat gradus ad religiosam Christi Domini imitationem,
ipsa quoq; humilitate, opus perfectum finiri atq; consummari oportet.
Nam generalis quaedam uirtus est quam per omnem vitam uniuersasq;
operationes propagari necesse est.

Duo sunt Charitatis praecepta ad quae singula reducuntur legis
praecepta: Ita quidem duae sunt Virtutes praeipuae ad quas ceteras
auocari certissimum est. Charitas uidelicet et humilitas, felici
atq; indissolubili nexu coniunctas, Has duas Vir Sanctus moriens
commendauit, illam habita concione, istam commisso humilitatis exemplo.

Paradigma XXXVI

S. P. Franciscus de Paula Christi crucem
bajulantis sequens vestigia poenitentiae &
mortificationis crucem a iuuentia usque ad obitum
persecubante [†] _†

Meditatio XXXVI

I, Præstantissimus Religionis Christianae Actus, circa tremenda Eucharistia
mysteria versatur, quare miræ et Angolica si ita fieri poterit ea portanda
peragenda et percipienda sunt puritate et humilitate. In id totus fuit
morrens S. Franciscus, qui prædie quam moreretur, lacrymarum imbre
perforatus, cinguloq; ad collum instar furciferi immisso, nudisque
pedibus una cum cæteris fratribus CHRISTI IESU sacratissimum
corpus (cuius visione brevis post brevis oras) incredibili spiritus
focore susceptus.

II, Non potest satis expendi ea quæ ex S. P. Francisci exemplo et instituto
in Ordinis generalibus Synaxibus adhibetur Cæremonia: Nam eâ nos
perduellos atq; lascivæ Maledictæ diuinæ reos, proindeq; mortis dignos,
instar furciferorum profitemur, Dando nudis pedibus terrenos
omnes affectus qui contra spiritum militanti abijciendos esse, antiquam
id tremenda illa accedamus mysteria, significamus.

III, Cingulum istud iugulo commissum, nudiq; pedes inditam vos qui conscientiam
non bene probatam ut mundatam gorum laqueum sibi iniicere, reosque se
facere corporis et sanguinis Domini. Videro ergo quanto eum hembre, ad

Paradigma XXXVII

S. P. Franciscus de Paula prole mortis
sua in die coena Domini una cum fratribus
suis sacram communionem uiriditer suscipit Christi
Domini *requies cibus et mandatum.*
Meditatio XXXVII

Non potuit ad grandia peruenire praemia nisi per magnos labores,
nec iam miraculorum singularem gratiam, aut nominis claritatem
consequutus est S. Pater nisi per indefessam mortificationis exortationem
in qua quidem ab incunabulis ad supremum usque ~~habitu~~ uitae habitum
perseuerauit.

Quomodo per Crucis ignominiam Christus Iesus ad nominis sui
exaltationem sibi gradum fecit. Ita sane uir Dei Franciscus uigi
passionum Christi, quae in eo per intimam assimilationem in Cruce
perpetuo toleranda, abundante iam sanctimoniam atq; perfectionis
Euangelicae, quae ab omnibus commendaretur, summam attigit.

Disce mirari quod Franciscus usque ad decem et septem fere annis
Crucem durissimam patientia et poenitentia uegans, propria uoluntatis
abrogationem alacriter tulerit, quisquis cogitarit, quanta sit
gloria quantaq; suauitas CHRISTVM IESVM sequi Crucem suam
in monte Caluario gestatam.

Paradigma xxxviii

S. P. Franciscus de Paula in agonia quasi in
crucis cum Christo constitutus: Ipsemet sacra die
Parasceus eadem Saluatoris sui proficiens verba
emisit spiritum.

Meditatio XXXVIII.

- I. Intensi in Deum Amoris duplex est effectus, langor et assimilatio.
Vtrumque peperit eximia S. Francisci Charitas, Nam Langore quodam
extatico plus laborans, quam naturali morbo sancta eius anima
soluitur a corpore ut vere illud Propheta usurpet, *Dofecit*
in Salutare tuum anima mea.
- II, Quod vero ipso die mortis Christi anniuersario moritur ad
alterum pertinet amoris effectum qui assimilatio dicitur; tantum
namque in seipso per intimam uirtutum omnium exercitationem
expressit Christi Similitudinem dum uiuere, ut etiam meruerit
quoad externa quaedam morienti assimilari.
- III. Quanta cum mentis suauitate spiritum suum emisit S. P. Franciscus,
quantaque cum Amoris contentione uerba illa postrema Christi Domini
In manus tuas commendo spiritum meum protulerit, non potest
a quoquam satis excogitari: Equidem si quod id tantisper experiretur
in se statim prorumperet uerba *Moritur anima mea morte Iusti huius*

Paradigma xxxix

S. P. Francisci corp^{us} exanime in sepulchro
novo in petra exerto conditum fuit in quo nondum
quisquam positus fuerat.

Meditatio XXXIX.

Vide quanta in Christiana Virtutis dignitas, ut sua post mortem
nomine claritate cohonoret; aeterna Deo, nec ullis concluditur
saeculis sed post fata superstes dimortuus vitam clarior in veri
honoris et gloriae perpetuae apud homines substituit ac sufficit,

Quanta quoque coruscabunt miraculorum gloriae membra Sanctorum
quando post Supremi Iudicii diem glorificatis animabus reddentur;
cum exanime corpus atq; sepulchro conditum et conclusum, tantis
supra naturam operibus illustretur.

Non potuit sine indubitato proorsus miraculo S. Francisci de
Paula corpus, per tot annos incorruptum seorsus: verum in
corporis incorruptione, mentis animiq; dum uiuere integritatem
et Santimoniam testatam Deus uoluit,

Paradigma XL.



S. P. Francisci de Paula anima Anglica,
chori sociata caelestem patriam ingressa nonnullis
et suis fratribus et alijs sibi deuotis ingenti
circumfusa lumine saepius apparuit.

Meditatio XL.

- I. Etri uiri Sancti a suorum consortio post mortem audiri uidentur:
uigile tamen in illis beatis mentibus mundanarum rerum cura quando libet
ad eorum gloriam absolutissimam spectat Charorum nosse uita discrimina
risque, pro ea qua apud Deum pollere gratia inuigilare.
- II. Frequentiores illarum Beatorum apparitiones, animarum arguunt
immortalitatem, spem futurae beatitudinis uigenerant, atque infidelium
morbis medentur saluberrime.
- III. Quis non summopere cupiat dissolui et esse cum Christo in aeterna
gloria, quis non offragitet beatorum Mintuum Chori sociari, quando quidem
unius animae glorificatae momentanea uisione collapsa corda exultant,
et aegra corpora conualescant, quod saepius S. P. Francisci apparitionibus
Legitur factitatum. Educ ergo Domine Iesus, de custodia haec
corporea animam meam, ad confidendum nomini tuo, si quidem me
expectant, tum B. Parens Nostrus Franciscus, Tum etiam omnes Iusti,
donec retribuas mihi: quae pro tua patior aggrediorque gloria Amen.